Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40157
Copyright: Melk, Benediktinerstift

etne tibi conqueror miseriam quam pacior
Docentibus me acquiescere nolui pie am
monentibus inclinare aurem neglexi
verba increpacionis non curaui Ach mi
deus nunc in foueam profundam cecidi
laqueum mortis incurri. Melius michi
erat: si natus adhuc non fuissem: vel in
utero matris perijssem: quam quod tempus
ad penitenciam michi concessum tam inutiliter
expendi: et ipso in superbia abusus sum
vinculis mortis alligatus sum et anxi
etatibus mens mea premitur: ut quicquid a
gendum sit penitus ignoro. Sed quem
admodum perdix cum sub unguibus acci
pitris mox dilaceranda comprimitur pre an
gustia mortis quodammodo cecus redditur
sic omnis sensus a me recessit: nil cogitans
nisi hoc quomodo possem euadere mortis dis
crimen: quod tamen euadere nequeo. Mortis
imperium me premit: et separacio amara